Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

sed et bonorum infra octauam. Hanc igitur oblationem seruitutis nostre. sed et cunctae familiae tuae quam tibi offerimus pro his quoque quos regenerare dignatus es ex aqua et spiritu sancto tribuens eis remissionem omnium peccatorum quos diuine ut placatus accipias. Diesque nostros. Cod. Pascha nostrum immolatus est christus alleluia itaque epulemur in azymis sinceritatis et veritatis alleluia alleluia alleluia. Epl. Spiritum nobis domine tue caritatis infunde. ut quos sacramentis paschalibus satiasti tua facias pietate concordes. Per. Sia secunda offertorium ad missam. Introibit ad dominum altare eius. et inuenietur lac et mel alleluia et mel lac. domino semper letitia ore meo alleluia alleluia. Ps. Confitemini domino et invocate nomen eius. annunciate inter gentes opera eius. Gloria patri. Oro. Deus qui sollemnitate paschali mundo remedia contulisti populum tuum quem celesti dono prosequere. ut et perpetuam libertatem consequi meretur et ad vitam perpetuam perducat. Per dominum. Lectio actuum apostolorum. In diebus illis. Stans petrus in medio plebis dixit. Viri fratres: vos scitis quod factum est verbum per universam iudeam incipiens a galilea post baptismum quod predicauit iohannes. ihesum a nazareth quomodo unxit eum deus spiritu sancto et virtute. qui pertransiuit benefaciendo et sanando omnes oppressos a diabolo. quia deus erat cum illo. Et nos testes sumus omnium quae fecit in regione iudeorum: et illum. Quem occiderunt suspendentes in ligno. Hunc deus suscitauit tertia die et dedit eum manifestum fieri non omni populo. sed testibus preordinatis a deo. nobis qui manducauimus et bibimus cum illo postquam resurrexit a mortuis. Et precepit nobis predicare populo et testificari: quia ipse est qui constitutus est a deo iudex viuorum et mortuorum. Hunc